



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Die Dominico primam iter à coenaculo ad Hortum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

*Die Dominico.**Primum iter ex cœnaculo ad hortum.*

1. **F** Actâ cœnâ: lotis Apostolorum pedibus, instituto venerabili Sacramento, & Discipulis distributo: detecto Discipulo, qui eum erat proditurus: denique dicto hymno & gratijs Deo actis, **I**ESVS cum Apostolis discessit ex cœnaculo.

2. In viâ Apostolos ob prædicationem traditionis, scandali ipsorum, & acerbissimæ passionis suæ afflictos consolatus: ex illis octo in quâdam horti Gethsemani parte manere iussis, reliquis

tribus

tribus tristitiam suam & pavorem, qui cor angustiabat aperuit: demum hos tres etiam in quadam parte reliquit.

3. Ad iactum lapidis à tribus Apostolis avulsus, se in terram prostravit: ter patrem oravit: ab Angelo confortatus fuit: Sanguinem sudavit, aliquoties Discipulos dormientes invisit: ultro se Iudæ, & ministris ad comprehendendum eum missis obtulit.

*Formula ex punctis Meditationis
Personas, verba, & opera
seligendi.*

I N primo puncto sunt hæ personæ: IESVS. duodecim Apo-